IOHANNES DE TURRECREMATA
Süddeutscher Raum, 1477 Seite 35r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



uerterunt / innocentes condempnauerunt / vexarunt uel
interfecerunt
Ego aut innocenter p studiu sancte vite ambulaui et
ideo libera me a pdicone impiorum futura et in periculis huius
vite misericordia tua non deserat me sed in omnibus me
concomittetur
Hoc fac domine Quoniam quia dilectio mea et affectio
que faciliter labi solet / non recessit a rectitudine et fidei et
iustitie inter concucientes hereses et mundi grauiter seui-
entes angustias semp stetit immobilis et persistens in di-
recto itinere mandatorum tuorum et ideo misere mei / qd si
feceris qm diu ero in congregacionibus hominum publice benedicam
te dne laudando et glorificando pro beneficiis michi colla-
tis a te

Ps 26 In quo vir iustus petit a deo gram ut
sic in pnti pugnando preualeat contra hostes
spuales ut preueniat ad regnum

Propheta exultans quemqm hominem non timere quoniam
a deo fuerit illuminatus / ait sic

Dominus illuminacio
mea illuminans et docens me contra tene-
bras ignorancie et fortitudo salutis mee
roborans infirmitatem meam ut in bello
possim resistere quem ergo timebo nullum vereor uel timeo
hostem insidiatorem uel psecutorem
Dominus ptector uite mee / ipe enim repellit omnes
impetus et insidias hostium meorum a quo ergo trepi-
dabo habendo talem ptectorem / a nullo
Dixi non timebo aliquem quia Cum persecutores cupie-